

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Eucharistia d cum uariis

Cotidie eucharistie communionem percipere nec laudo nec reprehendo. Omnibus tamen dominicis diebus suadeo et hortor, si tamen mens sine uoluntate peccandi sit. Nam habentem adhuc uoluntatem peccandi, grauari magis dico eucharistie perceptione quam purgari. Et ideo quamuis peccato quis mordeatur, peccandi tamen de cetero non habeat uoluntatem et communicaturus satisfaciat lacrimis et oracionibus, et confidens de Domini miseracione qui confessione peccati pie peccata donare consueuit, accedat ad eucharistiam intrepidus et securus. Sed hoc de illo quem capitalia et mortalia peccata non grauunt. Nam quem mortalia peccata uel crimina post baptismum grauunt, hortor prius publica penitencia satisfacere et ita sacerdotis iudicio reconciliatum communicatione sociare, si uult non ad iudicium sed ad condempnationem sui eucharistiam percipere. Sed et secreta satisfactione solui mortalia crimina non negamus.

Augustinus libro de ecclesiasticis dogmatibus.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

hortor] horror C; nam] nec C; perceptione] perceptionem BC; mordeatur] morderatur V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; qui] quidem (*cor. sub lin.*) C; confessione] confessionem B; mortalia *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sociare] soare (*cor. supra lin.*) M; Augustinus] in *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>